dictōes h̄ntes s̄vel tañ i. vt Silex Tilia Dēptis Sylā Thyle Philo
trū ¶ Pylos. Phylace. ppria sunt ciuitatū sicut & lilea. Ilerda. Py
lene. Miletos. Philotrū gen⁹ vngētī. Tilia gen⁹ arboris & h̄z pri
mā indifferentē. Virgi. Nectilie leues nec torno rasile buxū. Ser
renus Fraxinea in flāmis quē fudit tilia succū. Sylā mons lucas
niē. Cylydrus gen⁹ serpētis Lilybeū p̄montoriū siciliē Miletos
nomē vrbs h̄z primā ad placitū Martia⁹. Nec miletos erat vel
lere digna tuo. Arator. Mensibus hybernis trib⁹ in regione mis
leti. Phyle p̄priū oppidi. Hyle p̄priū fluuij Philenis p̄priū mu
lieris. Gilippus Philipp⁹. Pilades. Philodemus. Milo. Milon.
Phileros. Philistion. Philetas Hilus Hylactor. ppria sunt virorū

¶ Iañ m in dissyllabis p̄ducit. vt Limus. Excipiunt Nimitis.
Mimas. Thymū. Fim⁹ Hymen. Dymas In polysyllabis āt cor
ripit. vt Timeo. Excipiunt Hymera. Chimerinos. Simia. Tima
genes Limone Dithyrābus Cymodoce vel Cymodocea Sime
thus. ¶ Mimas mons ē asiē minoris Thymus vel Thymū gen⁹
herbē & h̄z primā indifferentē Virgi. Dūq; thymo pascēt apes
& rore cicade. Macer. Si desit Thymis p̄ Thymo ponere Thym
brā. Precipiūt. Hymera p̄priū fluuij. Hymen h̄z primā indiffe
rentē. Hymeneus aut corripit primā. Catull⁹. Hymen o hyme/
nee. Ouidi⁹. Turpia famosas corpa iūget hymen. Chimeros di

De primis

ei p̄t hyemal. Simia vel Simius primā hz indifferentē. Martia. Callid⁹ enixas elidere simi⁹ hastas. Stati⁹. Infantē lingua simiū salibusq; supbū. Dithyrāb⁹ gen⁹ metri Timagenes. Simethus Dymas propria viroz; Limone. Cymodoce p̄pria mulierum.

¶ I añ n p̄ducit. vt vinū Excipiunt inula. linū. lin⁹. lino. lino tinea. cinara. Inuus. ninos. ninus. Cinyras. Excipiunt. & dictōes in quib⁹ p̄cedit M. C. S. hāclrām f. vt Min⁹. Sino Cinis. Exceptis Sin⁹ p̄ vase Mino as. Clino Sciniū. Synas Crinis Mina Mi notaur⁹ Minos Minutius Cinnyps. Mineus. ¶ Inula gen⁹ herbz. Linū apud grecos corripit primā. apud latinos vero p̄ducit. Tinea corripit primā Seren⁹ tñ & Petri⁹ de riga eā p̄ducunt. Linio hz primā indifferentē. Sedulius Illiniens hoiem veteri de femine supplet. Petr⁹ de riga. Liniht hinc oculos fit medicina patri. Virgi. in ethna. Si liniit opus restat magisvrii illic Nisi liber deprauat⁹ sit & habere debeat. Si liniat⁹ opus. vel Si lenit. Synas oppidū phrygie. Mina gen⁹ ponderis primā p̄ducit. s; p̄ eminentia muroz; vel p̄minatōe eā corripit. Minotaur⁹ nomē mōstri. Lin⁹ Cinara Cinyras Nin⁹ p̄pria sunt viroz; Inuus Ninos noia ciuitatū. Cinnamū p̄ duplex n scribit. Cinamomū p̄ simplex. Hīnulus hz primā indifferentē. Minos Minuti⁹. Mineus p̄pria viroz; Cinnyps. fluuius garamantū

¶ I añ p̄ corripit. vt piper. Excipiunt Stypēdiū. Typhon Pīpo Gryphes Gryp⁹ Tiphys Rhiphei Strypulū. Vipera Ripa Siphariū Stipes Stipo Scipio Sipus. Iphit⁹ Riphe. Iphis. Iphid⁹ Iphinoe. Iphianessa. Siphis. Hiphinous. Siphilus Tiphata Typhones. ¶ Typhon. i. Typhus p̄priū viri. Pipare ē ancipituz cū vocē edūt. Typhones sunt q̄dā ipressiones meteorice. Sip⁹ nomē paludis. Tiphata loc⁹ p̄pe capuā Riphe p̄priū oppidi Siphis nauale fuit thespioz;. Gryphes aialia q̄dā sunt. Grypus naus gibbosus. Rhyphai mōtes sunt scythici Siphariū gen⁹ veli. Tiphys Iphis Iphit⁹ Iphid⁹ Iphinous propria sunt viroz;. Iphianoe. Iphianessa. p̄pria mulierū Scrypul⁹ vel Scrypulū gen⁹ ponderis hz primā indifferentē. Oui. Quic; parāt marathi scrypula myrrha nouē. Macer. Quattuor aut scrypulos mihi scare videē. p̄t etiā scrupulus p̄ v in prima syllaba scribi

¶ I añ q̄ corripit. vt liquo as. Excipiunt liquor nomē. Liquidus Liq̄tius & liquor verbū. ¶ Liq̄tius mons venetię. In liq̄t⁹ aū. Liquid⁹ hz primā indifferentē. Lucreti⁹ in. iij. Crassa; cōueniūt liq̄djs & liq̄da trallis. Liquor silr hz primā indifferentē Lucreti⁹ in primo Pond⁹ vti faxis calor ignis liquor aquarū. Idē in eodē. Fict vti cib⁹ ois & arid⁹ & liquor ipse

Syllabis.

¶ Iāñ r in dissyllabis pducit. vt Mir⁹. Excipiunt Tyros Qu
ris Pyra Pirus Viri a vir Lyra Styraç a s storax Myro. In poly
syllabis aut corripit. vt mirica Excipiunt Sira⁹ Cyrene Pyrene
Pirene Pyram⁹. pyram⁹. pirata. pirula Siria ¶ Sirius stella q̄
dā in ore canis celestis Cyrene oppidū libyes Pyrene cū greco y
mons inter hispanias & gallias Pirene cū i latino mons & fons
apud corinthū. Pyram⁹ pprū viri. Chir grece man⁹ latine alī
qñ in p̄pōne corripit & aliqñ pducit. Martia⁹. Chirurg⁹ fuerat
nūc ē vespillo diaul⁹. Idē Sz nil patrono porrigit hec Chiragra
ē. Excipiunt etiā a regula. Pyreus pprū port⁹ Tyresias Sirda
mas Cirin⁹ Cirus pprā noia viroꝝ & Siringa Lyriope pro
pria mulier. Tiryns nomē vrbis. vñ Tirynth⁹ hercules dictus
ē Sy⁹ hz primā indifferentē Iuena⁹ in terciā satyra. Iā pridē in
tyberim syr⁹ defluxit orontes. Idē. Qz q̄ longoꝝ vehit ceruice
syrōꝝ Myro prima correpta propriū cuiusdā artificis

¶ Iāñ s pducit. vt visus Excipiunt crisis. bison. nisi p̄iustio.
phthisis. physis. sifer. ifara. ifaur⁹. ifalces. viselli⁹. pisaurū. nifan
tes. piside. disertus. disexapothos. id est iocūdus. miser. misere
or. pitifana ¶ Crisis. i. iudiciū. Bison gen⁹ aialis. Phthisis exul
ceratio pulmonis. Physis natura. Sifer genus leguminis. Ifara
laurus propria fluuioꝝ. Nifantes Visellius Ifalces propria vis
rorū Piside populi sunt. Pisaurū vrbis vmbria

¶ Iāñ t corripit. vt iter Excipiunt Tityr⁹ Clitūnus Cliton P
tuita Sithonia Bithynia Zythus. Pythagoras. Pitheleon. Py
thon Inde pythius a ū Mytil⁹ Scyton Iturei. Iturab eo. Nitor
Litis a lis Ditis a dis. Dito Clitella Titā. Pfitat⁹ Titillo Scitis a
scis. Sitis a sum. Italus Glitis. Pitifma Excipiunt dictōnes M. R.
vel V añ i habentes. vt mitis. ritus. vitis Demptris Mitilene. mi
tra. mitella. mitilo. britānia. Criticus. vitrū. vitulus. vitellus.

¶ Tityrus p̄ qdā pastore ponit Clitorius Clitumnus. Cliton p
pria sunt fluuioꝝ Sithonia ps macedonie in qua est mons Si
thon. Sitchon eadē scriptura olim dicta ē thracia Bithynia vnde
Bithynus a um. hz primā indifferentē Manilius in quarto Cap
padocū. Armenieq; iugis bithynia diues. Iuuenalis septimalia
tyra. Quāq; & cappadoces faciant equitesq; bithyni Brito tas
men primam producit. Zythus genus potionis. Italus ab ita
lia habet primā indifferentē. Mitylene insula in mari egeo &
oppidū in ea a s lesbos appellata. Mitulare cicadarū est cū vo
cem edunt. Mitra. Mitella habent notū scatum. Python pro
prium serpentis. Iturei populi sunt. Pythagoras Pitheleon My
tilus Scyton pprā sunt viroꝝ. Criticus hz primā indifferentē.

De prints

¶ Iañ v pducit̃. vt diuus Excipiunt̃. Niuis a nix. Priuernum nomē oppidi & pposita a bi & tri vt Biuiū Triuiū.

¶ Ante b pducit̃. vt nobilis Excipiunt̃ Obol⁹ Soboles Obelus Obelus. Excipiunt̃ & distōes duplicē psonantē habēt̃. tes añ o. vt Probo. Excipit̃ Crobial⁹. ¶ Obelus gen⁹ ponderis. Obelus virgula Instar veru ptracta. Crobial⁹ ppriū nomē viri

¶ O añ c corripit̃. vt Iocus. Excipiunt̃ Procuo. Focale. phocis. phoca. phocus. pcerus. vocis a vox. vocalis. cocytus. ocior. ociū. poculū. Iocūd⁹. nō a Ioco s; iuuo deriuat̃. Ocean⁹ Ocheus Ocuroe Cocalus Ocha. ¶ Focale gen⁹ ligaminis ad fauces & h; primā indifferentē. Horat⁹ in. ij. sermonū. Fasciolas cubitale focalia potus vt ille. Martialis Hoc focale tuas afferat auriculas. Phocis regio grecor. Phoca vitulus marinus. Procuo h; primā indifferentē. Ocheus. Cocalus Phoc⁹ ppria viroz. Ocha. i. Acha. Ocuroe. pprium mulieris. Procyon nomē stelle ponit̃ indifferentē a mantuano

¶ O añ d in dissyllabis pducit̃. vt Rodo. Excipiunt̃ Modus. Modo. Odor. Rhodos. In polysyllabis vero corripit̃. Exceptis. Clodius Dodona. Prōdiō & Prodino p eodē. Zodiac⁹ ¶ Clodius ppriū viri. Dodona oppidū ppinq nū hñs nemus. Rhodos. insula ēlycie & oppidū in ea. Zodiac⁹ circul⁹ signo

¶ O añ f corripit̃. vt ofella. Excipiunt̃. pfero. pficio. pfiscor profore. profuit. profundo. ¶ Proficiscor. Profundo inueniuntur ad placitū. Profugio mag⁹ declinat ad breuitatē

¶ O añ g pducit̃. vt Cogo. Excipiunt̃. Toga Rogo Rog⁹ Logos. Logicus. Phogis. Cogefantra. ¶ Phogis ppriū mulieris. Cogefantra ppriū viri Toga & Stola vt dicit Atron habent primam cōmunem.

¶ O añ l corripit̃. vt colo. Excipiunt̃ Tmolus. Moly. Olearos Olenos. proluo. plongo. prolato. ploquor. plabor. platū Molior. Solus. Nolo. Moles. Solis a sol. Doliū. ples. Olim Boler⁹. Colyphiū. plixus. Colo as Colū Solennis. Solers. pollyp⁹ Loligo. Choliambos Colei. Colos. colicul⁹. Tolemus Colin⁹ Pollydamas. ¶ Tmolus mons cilicie. Moly gen⁹ herbę. Olearos insula qdā. Olenos oppidū etholie Nola oppidū cāpanie Pollypus & Pollydamas. licet apud grecos primā corripiat̃ a latinis tñ pducunt̃ p̃ interpositōem. L. Loligo gen⁹ ē piscif. Colos. ppriū oppidi. Colei testiculi sunt. Colicul⁹. i. caulicul⁹. Choliambos gen⁹ carminis. ¶ Colin⁹ pprium viri.

¶ O añ m pducit̃. vt Doma aris Excipiunt̃ Momordi a mordeo Nomas Bromi⁹. Homilia. Chromis. Homer⁹ Tom⁹ To

Syllabis.

mi. Homolaide. Cromi⁹. Momius. Cometa. Dromas. Promu-
 lus Homo. Stomachus Omafum. Dñs. Dom⁹. Coma. Como
 as. Comedo Glomus. Glomero. Comes. Domo. Omitto. To-
 mos. vomo. vomica. cui⁹ tñ mediā pduxit Seren⁹. ¶ Noma-
 de sunt populi aphrice Tomus papyrus grossior Homolaide
 porte thebane. Tomi nomē oppidi Chromius Chromis. pro-
 mulus Nomius. Dromas propria sunt virorū.

¶ O añ n corripit. vt moneo. Excipiunt nonus. none. zona.
 monych⁹ Excipiunt & dictōes p. d. vel c. añ o hñtes. vt pono.
 dono. conor. Exceptis. pnepos. pnepris. donysa. donus. conon
 cron⁹. ¶ Donyfa insula ē in mari egeo. Donus aliq p dñs posi-
 tū dicūt. Alij volūt viri eē ppriū in hoc versu Lucretij At tum-
 mēbra don⁹ p̄sensit frigida seruis. Monych⁹ Conon Cron⁹ p̄-
 pria sunt virorum

¶ O añ p corripit. vt sopor. Excipiunt. ppugno. ppello. pp̄i-
 no. ppago. op̄liō. poppyfma Toph⁹. flop⁹. dropax. fophis. fo-
 pio. Op̄is. popeanū. pp̄ls. p arbore. Excipiunt & dictōes in qb⁹
 p̄cedit c. vt copia Dēpt⁹. scopas scopul⁹. copos. cophyn⁹ ¶ Pop-
 pyfma p̄mā syllabā positōe pducit. Soptio p̄mā syllabā pdu-
 cit in simplici. Cōpositū vero cū semis corripit hāc syllabā fo-
 Qui. Purpure⁹ iacuit semisopita toro. Dropax gen⁹ vngēti So-
 phis nomē vrbis. Propino h3 primā indifferentē. Martial⁹. Ces-
 nar. ppinat p̄scit negat innuit vna ē Neuia. Iuuenalis. Hiscere
 tāq̄ habeas tria noīa qñ ppino. Op̄is apud Virgiliū nomē dee
 Popeanū gen⁹ cibi & medicaminis. Propago h3 primā fm di-
 uersa fcaata indifferentē. Scopas propriū nomē vri

¶ O añ q corripit. vt loquor Notāda tñ sunt pposita q̄ sepi-
 us pducunt. vt quocq̄ a quisq̄. nā quocq̄ p̄iūctio corripitur.

¶ O añ r corripit. vt forū. Excipiunt coryc⁹. cory⁹. noris. no-
 ricū. orith⁹. dorion. fora. foracte. orion. morā p mouerā. norā
 p nouerā. oris ab os oro. chor⁹ p v̄eto. orops. corā. thorax. ho-
 ra. ora. orithyia. coraliū. Quocq̄ moris a mos. mor⁹. horq̄. do-
 ric⁹. forex. morio. morion. oromedon. corithe. Excipiunt & di-
 ctiones l vel r añ o hñtes. vt lorū. floris a flos. roris a ros. ¶ Co-
 rycus oppidū cilicie Coryc⁹ theca sagittarū. Dorion oppidum
 messenig. Sora. Noris. Noricū. Orith⁹ ppria ciuitatū Orithyia
 ppriū mulieris Corithe nomē eque. Ora notū ē vocabulū etiā
 ē nomē dee. p vtrocq̄ pducit. Orion signū celeste & h3 primam
 indifferentē. Valeri⁹ Flacc⁹ Non meus orion aut seus pleiade
 taurus Propert⁹. Nō hec pleiades faciunt nec aquosus orion.
 Corallus primam corripit.

De Primis

¶ O añ s̄ pducit̄. vt p̄sa. excipiunt̄ posui. cose. p̄lymna. osiris
cosira. rosa. pseuca. mosas. mose. dosis. possides. osinius. ¶ Cose
oppidū tuscie. Prosymna oppidū argiuor̄. Cosira. insula aphri
ce & oppidū in ea & h̄z p̄mā indifferentē Osiris Possides Osini⁹
Mosas. pp̄ria s̄z viros. Moses. p̄pheta pducit̄ p̄mā. Dos. i. datio

¶ O añ r̄ corripit̄. vt q̄tus Excipiunt̄ lotos. cotil⁹. sotades. no
telco. Noteo. dotis a dos. poto. cotis a cos. tot⁹. notū. votū. no
tifico. Excipiunt̄ & dictōes duplicē p̄sonantē añ o h̄ntes. vt do
tho Exceptis broteus. p̄teruus. croton. crotalū. crotopus. p̄teus
¶ Lotos vel lotis. pp̄riū fuit nympe in arbore sui nois p̄uerse
Croton nomē oppidi. Crotalū instrumentū quoddā. Croto
pus Proteus Broteus pp̄ria sunt viros. Protos. id est primus.
Protos. id est casus producantur

¶ O añ v̄ corripit̄. vt ouis Excipiunt̄ ouū. puincia. Prouid⁹.
Prouentus. Proueho. Prouoluo. prouoco & hmōi.

T Añ b̄ corripit̄. vt rubus Excipiunt̄ subula. iubulū. vber
Tuber. Suber Pubes vel puber. Rubigo. Excipiunt̄ etiā dī
ctiōnes b̄ vel n̄ añ v̄ h̄ntes. vt bubo. nubo. ¶ Tuber neutri ḡnis
genus fungor̄ & pducit̄ primā. Tuber masculini ḡnis corripit̄
primā & ē gen⁹ p̄mo & luuenalis Fumat aper post hūc radunt̄
tubera terre. Martialis. Nō tibi de libycis tuberes & apyrina ra
mis. Subula instrumentū cerdonū. Iubilū s̄z primā pducit̄ Silī
us in quartodecimo libro. Et letus scopulis audiuit iubila cy
dops. Lubrico inuenit̄ s̄z pducta. Rubigo h̄z primā indifferen
tem. Martialis. Vteris ore aliter nimiaq; rubigine captus. Hora
tius. Iupiter vt percat positū rubigine ferrum

¶ V añ r̄ pducitur. vt luceo. duco is. Excipiunt̄ duco as. mu
cro. lucror. lucellū. ducenti. ducis a dux. luceres. lucretilis. lucre
tius. lucerie. Excipiunt̄. & dictōes C. N. vel R. añ v̄ h̄ntes. vt nu
cleus. cuculus. crucior. Exceptis Nuceria. Cucurio. Cucubo

¶ Cucurire gallorū ē. Cucubare Lucifugas; cum vocem edūt.
Lucretilis mons ē in sabinis. Luceres quidā romani sic dicti &
h̄z primā indifferentē. Ouidius tercio libro falso. Quosq; vos
cant Rhamnes luceribusq; dedit. Proprius in quarto. Hinctici
ens. Rhamnesq; viri luceresq; coloni Nuteria oppidū cāpaniē
Lucretius pp̄rium nomē viri. Ducētī licet p̄mā corripiat. Mā
tuanus tñ pduxit Ducentos q̄draginta sup nisi fallimur ānos

¶ V añ d̄ pducit̄. vt rudo. Excipiunt̄ rudie. tuder. tuderum
Rudo. sudes. Studeo. p̄deo. rudis. rudie oppidū calabrye. Tu
der vel tuderū oppidū italię

¶ V añ f̄ pducitur. vt bufo. rufus

14
Syllabis.

¶ V añ g pducit, vt mugio. Excipiunt turguriũ & dictōes f. i. vel p. añ v hñtes. vt fugio. iugũ. pugil. pugillus. vnde Lactantius in carmine paschali. Indignum est cuius claudant cuncta pugillo. vt tegat inclusum rupe vetante lapis. Excipiunt Pugio. pugillares. iuglans. iugis. iugerũ. fruges. frugi. ¶ Iugis pducit primã. vñ Horati⁹ in primo epistolarũ. Puteosve penes Iugis aque nã vina nihil moror illi⁹ ore. Seduli⁹ tñ sp corripit Vñ in primo libro. Semp principiũ. sceptrũ iuge gloria p̄for Pugio gen⁹ gladij Martiaf. Pugio quẽ curuis signat breuis orbita venis Pugillares pducit primã fm Iunenale in. xi. satyra. Prudẽtius tñ corripit. Vñ pugillares soliti p̄currere ceras

¶ V añ l corripit. vt vlulo. Excipiunt. dulichiũ Cul⁹. Pulex. Vlugo. Iuli⁹ Thule Excipiunt & dictōes f. g. vel m añ v hñtes. vt fuligo. mulio. Gultoce. afs gullioce Exceptis fulica. gula. mulier. ¶ Dulichiũ nomẽ in sule. Pulex fm Columellã. & Martiafẽ pducit primã. Martiaf. Defendit man⁹ hęc scapulas mordẽte molito. Pulice vel siqd pulice sordidi⁹ Macer tñ corripuit. Nõ me tuet pulices istocq̄ fugant odore. Thule in sula britanię Gullioce sunt nucũ iuglandiũ summa & viridia puramina

¶ V añ m pducit, vt pluma. Excipiunt. rumex. hum⁹. sum⁹. humif. humer⁹. Excipiunt & dictōes n. c. vel t. ante v hñtes. vt nũerus. cumul⁹. tumul⁹. Exceptis Numẽ. cuma. struma. numalus ¶ Rumex gen⁹ herbę Virgi. in moreto Fecundusq̄ rumex maluc vi oleq̄ vi rebãt Cuma nomẽ oppidi Numacius p̄priũ nomẽ viri Pumilio Pumilionis. vel pumil⁹ & h3 primã indifferentẽ Staci⁹. Mirant̄ punilos ferotiores. Ibidẽ. Hic audax subit ordo pumilonũ. Martiaf in primo produxit primã

¶ V añ n pducit. vt fun⁹. Excipiunt cuniculus. cuneus. tuni⁹. ca. ¶ Cuniculus est aial sife lepori

¶ V añ p corripit. vt lup⁹ Excipiunt Iupiter. cupa. stupa. hupupa Excipiunt & dictōes n. p. vel r. añ v hñtes. vt nup. pupill⁹ rupes Exceptis pupugi Rupili⁹ p̄priũ viri. Scrupul⁹ qd p̄maz indifferentẽ h3 Pupula h3 primã indifferentẽ.

¶ V añ r pducit. vt mur⁹ Excipiunt spuri⁹. cures. curetes. duriti⁹. turis. duraton. furio. muria. Curulis. nur⁹ ¶ Cures ppl's sabinoz. Curetes ppli crete & h3 primã indifferentẽ Oui. Largoq̄ latos curetas ab ibri Lucan⁹ Illie bellaci p̄sifus gẽte curetũ Durtius fluui⁹ hispaniẽ Turis. Duraton p̄pria sunt viroz. Spuri⁹

¶ V añ s pducit. vt musa Excipiunt (q̄ incerto patre nat⁹ ẽ frusino. susurro. pusill⁹. ¶ Frusino oppidũ italie.

¶ V antẽ in dissyllabis producit. vt mutus. Excipinnt Cuz

De medijs

ris. puto. putrio. putror. frutex. vii. vter. vtra. vtrū. lutū p forde
 In polysyllabis aut corripit. vt butyrū. Excipiuntur Mutu⁹ Mus-
 tio. Glutio. Puteo. Putidus. Futilis. Futio. Vtilis Vtor. Buteo.
 Rutilius. Plutarchus. Mutius. Brutidius. Mutoniatius. Tutia.
 Iuturna ¶ Buteo⁹ genus est auis. Struthius etiā primā producit
 nā apud grecos cū diphthōgo scribit̃. Rutilius ppriū nomen
 viri h3 primā indifferentē. Mutoniatius i. bene mentulae⁹. Tus-
 tia riuulus est via appia. Mutius & Brutidi⁹. ppria sunt viros⁹.
 ¶ V añ v corripit. vt pluuiā. fluuius. nisi qñ v nude pcedat.
 vt vua vuid⁹. Excipitur Iuerna ppriū mulieris

¶ De medijs syllabis.

A Ante b corripit. vt syllaba. Excipiunt. Barabbas. Atabul⁹
 Et verbalia habētia a añ bilis vel būdus. sicut & nomia a
 añ bulū habētia. vt Amabilis Letabund⁹ Venabulū. ¶ Barab-
 bas ppriū viri. Seduli⁹. Tūc coluerē baal. nūc elegere barabban
 Atabul⁹ quidā vent⁹ pestifer. Venabulū venantiū telū est
 ¶ A añ c corripit. vt plitae⁹. Excipiunt. Merac⁹. Benac⁹. Pista-
 ceum. Sarracum. Iracund⁹. Pastinaca. Portulaca. Samplicum.
 Cochlata. Rosaceus Violaceus & hmōi Mustacium Opat⁹ Clo-
 aca. Itē noia habētia a añ culum. vt Cenaculū. Sifr quidā grī in
 acis a noibus termiatis in ax. vt audacis. pheacis & hmōi. Qui
 dā tñ corripunt. vt Candacis a candax. Pharnacis a pharnax.
 Styracis vel Storacis a Styrax vel storax. Dropacis a. Dropax.
 Similacis a similax. Athracis ab athrax. Producent & qdā pro-
 pria viros⁹ vt Pediacia. Otacilius. Anchaces. ¶ Merac⁹ a ū. id ē
 purgatorius. Sarracū gen⁹ vehiculi. Sarraca nomē vrbis Pastic-
 naca radix ē & gen⁹ piscis. Cochlacelapides in flumine rotūdi
 Candax ea insula q̄ aſs creta dicit̃. Styrax vel Storax gen⁹ aro-
 matis. Dropax genus vngēti. Athax fluuius iuxta narbonam
 Athrax fluuius etholie & oppidū macedonię Syphax pprium
 viri & h3 mediā indifferentē. Claudianus. Copulimus durum
 Syphacē tractūq; metella. Propertius Hannibalispolia & vi-
 eti monumenta syphacis. Pistacea sunt arborū genera
 ¶ A ante d corripitur. vt lampades. Excipitur Iader nomen
 fluuij & Ageladas propriū viri & Cicada.
 ¶ A ante g producitur. vt Oleaginus. Quinquaginta. Sexag-
 ginta. Martialis Mutua quod nobis ter quinquaginta dedisti.
 Idem Sexaginta teras cum limina mane senator. Mantuanus.
 tamē corripuit. Ducentos quadraginta sup nisi fallimur ānos
 Excipiunt. Chiragra. Podagra. Astiages. Lalage. Agragas Exc-
 piunt etiā noia scēde declinatōis. vt pelag⁹. pāpag⁹. alpharag⁹

Syllabis.

Onager Tanager cui⁹ tñ mediā Mātuan⁹ pduxit Cretēles mol-
lissima vina Tanager. Pernices mercatur equos. forte tanagros
posuit cū vtrūq; dici possit. Excipiūt Meleager. Vñ Oui. in. viij
metamor. Quā meleager erat primus vidisse putat. nisi Melea-
grus vel meagros dicendū eēt Suffragiū a suffragor pducit a
an g. s; a frango corripit. vñ Ouidi⁹ de nuce Quid nisi suffra-
giū nimbos vitantibus essem. ¶ Aspharag⁹ gen⁹ herbe. Agras-
gas pprīū montis. Pampagus nomē canis

¶ A añ l corripit. vt Italus. Excipiunt. messala. pharfal⁹. phar-
falia. Sardanapa⁹. Omphale. Excipiunt gñ noīm terciē declina-
tionis. vt Aialis & hmōi & denoiatiua ī alīs eiusdē declinatōis
vt Austral Borealis & pprīa noīa sīlis terminatōis. vt Vital lu-
uenalis Martialis. Stypalis. Quedā tñ corripunt. vt Damalis.
Sadalis. Racipalis. Spatale. Hānibalīs. Asdrubalis Myrtale. Cy-
bale. Crotale Egvale. Burdegale Micale. Idale. Vocabula q̄rant
in Erario poetarū. Scitale gen⁹ serpētis mediā corripit. Pharsa-
lia & pharfal⁹ hñt a añ l indifferentē Catull⁹ Pharfalia coeūt &
pharfala recta frequētant. Ouidius in .xv. metamorpho. Vis-
ta patēt mutine. pharfalia sentiet illum.

¶ A añ m corripit. vt Thalam⁹ Excipiūt Dycētamū gen⁹ herbe
Excipiunt noīa in amen vel in amētū. vt Firmamē Firmamē
tū. Arator tñ an penultimā hui⁹ dictōis Calciamētū corripuit.

¶ A añ n corripit. vt Balanū Ocean⁹. Martial⁹. Hoc ex vngen-
to pstat & ex balano Excipiunt Aranea vel Arane⁹ Cyane. Si-
canus. Afranius. Meuania. Excipiunt etiā noīa habētia vocales
añ a. vt Domitian⁹. & denoiatiua in anus. vt montan⁹. Et pro-
pria noīa sīlis terminatōis. vt Alan⁹. Numanū. Aliphantum.
Theanū & hmōi. qdā tñ corripunt. vt Stephan⁹. Tessimanus.
Apidan⁹ Rhodan⁹ Liban⁹. Astyanax. Aristophanes Capaneus
Hypanis. Pritanis. Sequana. Arane Cetane Traprobane Ceane
Sagana Cōchani. marcomani. Drepan⁹. pyrane. Sufana. Et s̄m
quosdā bragmane. Mātuan⁹ tñ pduxit. Clara rudimētis brag-
manarūq; reposto. Producunt etiā gñ in anīs a noīb⁹ in an. vt
titanis a titan. & noīa terciē declinatōis sicut inanis. immanis.
¶ Sican⁹ & Cyane hñt mediā indifferentē. Virgī. iij. gnei Sica-
no p̄tenta sinu iacet insula p̄tra. Sili⁹. xiiij. libro Sicana nūc tel-
lus nūc litora iberā cruorē. Ouidi⁹. ij. de ponto. Quaq; suis cy-
anē miscet anapus aquis. Idem in. ix. metamor. Cognita tyane
prestanti corpore nymp̄ha

¶ A añ p corripit. vt Alapa. Excipiunt. anapus. messap⁹. ias-
pus. priapus. iapyx. cynapes. sinapis. senapis. Neapolis. iapyx

De medijs

propriū viri. Cetera patent in Erario.

¶ A ante q corripit. vt Tanaquil propriū mulieris

¶ A ante r corripit. vt Barbarus. Excipiunt Tiara vel Tiaras in masculino gñe. Denarius Caphareus. Baleares. Longaren^o. Aurari^o. Quedā deriuatiua. vt scholaris. Auarus. & gñ in aris a nomibus in ar. vt calcaris. torcularis. a calcar & torcular Exceptis Lucaris. Baccaris Cesaris. Amilcaris. Iubar. a Lucar. Baccar. Cesar. Iubar. Aspar. Bosiar Amilcar Nectar etiā corripunt a añ r in gñō. Et pposita a par. ¶ Lucar genus auis. Baccar gen^o herbe. Denari^o h3 hāc syllabā na indifferentē Martialis. De narijs tñ hāc nō amo basse trib⁹ Idē Hāc volo quā redimit totā denarius alter. Longaren^o & Auraricus propria sunt virorum Angario as. & Margarita sm aratorē producūt a añ r.

¶ A añ f corripit. vt carbasus. Excipiunt Amasis Parnasus Iason. Viridasius. Agaso. Colocasia Omasum Eleasar Albumana far. ¶ Viridasius propriū viri. Colocasia genus herbe.

¶ A añ t corripit. vt Ciathus. Excipiunt Trebatius. Aratus. Palatus. Pilatus. Rheate. Teathus. Tifata Hypate. Leucate. Horatius Curatius Tegeaticus. Item noia deriuatiua. vt armatus Et gñ in atis a noibus in as. vt pietatis. Excepto anatis ab anas Simifr noia desinentia in ates. vt Prahates Teutates Egates Erychates Exceptis Lapathe. Eurybates Ichnobates Pelates Sche nobates Antiphates. Harmocrates. Hippocrates. ¶ Lapathe genus herbe & inuenitur eius mediā indifferentē. serenus. Sepe chelidoniā cū succo. laphatis addes Alexander neq. Lapathe cibus est & holus cōponit eundem. Schenobates dicitur funiambulus. Trebatius propriū viri. Cetera patent in Erario.

¶ A añ v producitur. vt cadauer. Excipiunt Bathauus. Patauium. Enomaus Talas Danaus. Bathauus populus germanic & h3 mediā indifferentē. Lucanus in primo Vangiones bathauic; truces quos ere recuruo. Stridentes. acure iube. Martialis. Et mutat latia spuma bathaua comas. Patauinum proprium oppidi.

E Ante b producit. vt Ephebus. Excipiunt Mulcebris Cerebrū. Tenebre. Salebre. Illecebre. Latebre Erebus. Elleborsum. Therebintus. Funebris. Fenebris. Scatebra. Celebris.

¶ E ante c producitur. vt Parecia. Imbecillis. Excipiunt Seneca. Arsecomes. Berecynthia. Telechines. Pherecles. ¶ Parecia potest dici incolatus. & vbi domus contiguae sunt. Quod ab alijs corrupte dicitur parochia. Telechines populi rhodi. Berecynthia est mater deorum Imbecillis sm poetas habet e lōgam

16
Syllabis.

ante c, Prudentius tñ corripit. dicens. Viui imbecilli ac mortui

¶ Eante d producitur. vt putredo. Excipiūtur Tenedos. Macedo. Alchimedon, Exhedra Synhedra Cathedra Effedū Achimedes Alphimedon. Automedon, Eurymedon Hippomedō Laomedon Daomedon Teremedon. Lebedon, Alcimedē Emopedocles. Lacedemon. Peucedanū Vagedrusā. Celedon. Item cōposita a pes. vt Bipedis Compedis. Similiter nomina termini nata in da, vt Andromeda. Excipitur Sapreda. ¶ Tenedos quēdam insula. Macedo populus europe, Lucanus in sexto Cū tibi sacro macedo seruetur in antro, Arator tamē produxit, Vir quippe macedo. In somnis hec visus ait.

¶ Eante f corripitur, vt elefas, quod tamē p ph scribitur. Excipiūtur Veneficus & verba secūde coniugatiōis composita cū his verbis fio & facio. nam e indifferētem habent, Ouidius. Turaliquēfacient indutaq; cornibus aurum. Horatius. In matris iugulum ferrum tepefecit acutum.

¶ Eante g corripitur. vt Elegia. Excipiuntur, Cethegus Tristega. ¶ Cethegi prisci romani dicti sunt.

¶ Eante l producitur. vt Camelus. Excipiuntur. Obelus Sepelio. Cybele, Semele Thymele, Periscelis, Aristoteles. Ampelus Hydimeles Eutrapelus, Praxiteles, Ichelos. Stenelus. Stipel⁹ Nephele. Arelas Pterelas. Angelus, Enchelis. Penelope. Ficelis Vin delici Menelaus Nyctelius Eleleus ¶ Periscelis genus ornamēti. Cybele quedā dea. & corripit licet aliquando mediā producat per appositōem huius littere l, Enchelis, oppidum in illyrico. Nyctelius. Eleleus nomina sunt bacchi.

¶ Eante m producitur. vt Eremus, Peripsēma. Excipiuntur. Venemens. Neoptelemus, Polemon. Tolemus. Tlepolemus. Anathema, id est detestatio & Anathematizo, id ē deuoueo. De testor. sed anathema, id est oblatio vel statua penultimā pducit Chriothemis. Tolemus, Hyemis ab hyems. Alemānia Telemachus, Archemorus. Ploxemo Archemolus Vocabula in Erario patent. Artemis mediā correpta. id est diana

¶ Eante n producitur, vt Camena, Excipiūtur Proserna Clymene, Clymenus, Achemenes Ambenus, Amasmenus. Demosthenes Missumenos. Melpomene. Nyctimene, Polixena Beresnyx. Clazomene, Borysthenes, Orchomenes, & composita a genes, vt Origenes Eumenius. Idomeneus, Armenia Echeneis Helenus. Diadumenus Carmenon. Amphigenia. Eugenius. Eugenia. Parthenopeus, Alimenus. Idalimenus, Celeneus. Pomenis, luuenis, Ebenus.

De medijs

¶ Eañ p corripit. vt Edepol Excip iunī p̄sepe. hypepa Asep⁹
nomē fluuū. Asclepius pprium viri

¶ Eañ q corripit. vt diequinti s̄m Nestora.

¶ Eañ r corripit. vt camera. Excipiunt. mulieris. trieteris. po-
deris. machera. abdera. arcera. neera; cythera. cytheron. trieris.
prester. presteris. byzeris. cremesteris. Stateris. brachionifers. als-
teris. physeteris. Soteris. clysteris. luteris a cremester. stater. bra-
chionifer. alter. physeter. soter. clyster. luter. statera. chimera. p̄a-
thera. iberi. celtiberi. cratheris a crather. mysteriū. megera. Itē q̄s
dam ppria. sicut Galterus. Exceptis Cerber⁹. Craterus. Cicero.
Hieron. Atheron. Cremera. hymera. Tyberis. Poteros Camere
Simiſt deriuatiua in rus. vt syncer⁹ (demptis. bucerus Querq̄r⁹
post⁹) pducunt etiā Niciteriū Acheres Epapheresis Diſteria
Ciper⁹. ¶ Mulier h̄z mulieris in ḡtō eſc̄z añ r correptā vel pdu-
ctā. Si em deriuēt s̄m dñm venerabilē Albertū a mulceo & he-
ros tūc pducit penultimā. vñ Philſelus in ſatyris Ignib⁹ exptē
mulieris in impia lapsam. Idē Nulli spurce viro nulli mulieri
bus. alta. Si aut deriuēt a mulceo & her⁹ heri corripit penultimā.
vñ Martial⁹ in primo. Amethustinalſq; mulierū vocat vestes
hic penultima corripit. & hec ē opinio imo & veritas irrefraga-
bilis. Trieteris p̄t dici trienniū. Machera. i. gladius Trier⁹. nauis
Poderis gen⁹ vestis. Bucer⁹ a um a boue format. Querquer⁹. i.
frigid⁹. Prester gen⁹ serpētis. Byzeres populi Cremesteres. nerui
quib⁹ testiculi pendēt. Brachionifer Armilla. Physeter gen⁹ est
piscis Soter. i. saluator Clyster instrumentū q̄ aluus purgat Lu-
ter gen⁹ vasis Cetera patēt in Erario poetar̄

¶ Eañ f corripit. vt heresis. Excipiunt carchesiū Galeſus. mar-
peſus. Lyrneſus mileſi⁹. magnesia. dioecesis. syntheresis. syneche-
ſis. mathesis. poeſis. theoreſis. anachoreſis. phrenesis. haleſus. he-
beſus. monesius. vogesius. licabefus. machaleſus. larnesius. myne-
deſos. opeſos. Genefa. telmeſus. magaleſi. tiresias. ¶ Carcheliuz
gen⁹ Poculi a renauali dictū. nā summā naual veli partē. Car-
cheliū noiabant. Ecclesia apud oēs eccleſiaſticos doctores añpe-
nultimā corripit. Vñ Lactanti⁹. Ecclesie pastor vbere lacte ſinu
Meli⁹ aut Mantuan⁹ poſuit. añpenultimā pducēdo (nā p̄ elon-
gum in greco ſcribi) Flumina & ablutos. genitrix ecclesia la-
ctē. Galeſus nomē fluuū prope tarentū. Haleſus fluu⁹ calabrig.
Marpesius mons & inſula a quo marpeſius a um Lyrneſus op-
pidū phrygie. Lyrneſus oppidū theſſalie & regio eidē annexa
Dioecesis dici p̄t iuris ditio vel administratio. Syntheresis ob-
ſeruatio vel attentio. Theoreſis. ſpeculatio. Syneceſis. i. cohabi-

De medijs

piclus, leponticus, stolicus, vrbicus, garricus. Et ea noia (vt dicit Nestor) q̄ a substantiuis (vel adiectiuis) formatur addendo cus, vt dominicus, theodoricus, federicus Cōtrariū sentit philellus satyra vicesima, Qui finem in vita nullū nec rebus agēdis Cōstituit federice sibi ratōe carere Arbitror. Producitur autē cōposita cū nice. i. victoria, vt veronica, beronice, polynices, thessalonica, claudianus. Thessalonica tuas sensu dolor heret in alto. Producitur & genitiui in icis a noibus masculini gñis in ix, vt felicis, lodicis, meretricis. Exceptis genitiuis formati a bebryx hystrix, natrix, larix, coxendix, onyx, falix, filix, mastyx, pernix a neco, sardonix que penultimā genitiui corripunt. Genitiui autē in icis a nominibus masculini generis in ix corripuntur, vt calicis. Exceptis sandyx (quod teste prisciano est generis masculini) spadix, ceyx, bombyx, phenix, Sed icis genitiuus a nominibus in ex corripitur, vt pulicis a pulex. Excepto vibicis a vis bex quod mediā producit. ¶ Pedico dicitur is qui pueros ad libidinē sectat. Inde pedico as. Multicius; genus vestis. Equiculi populi sunt tuscie & habet primā syllabā indifferentē. anpenultimā vero iōgam. Craticula a cratis h3 penultimā indifferentē Petrarcha. Craticula & gemino secundū martyre bustū, Martialis. Parua tibi incurua craticula suder ofella. Numicius ppriū fluuij h3 mediā indifferentē. Horatius in ep̄is, Brundisium numici melior via ducat anapi. Virgi. in septimo eneidis, Thyrrhenū ad tybrim a fontis vada sacra numici. Marica, nympha q̄dā, Aricia vrbs italię, Labicū oppidū via latina a q̄ labican^o a um, Martia? Labicana leui cespite velat hum^o vbi etiā prima pducit, Triuic^o nomē ville. Vstica nomē mōtis. Nafica ppriū vri. Bebryx h3 mediā indifferentē Flacc^o in. ij. Procul estera virt^o Bebrycis & scithici pcul inclemētia saxi. Silius in. iij. Possessus barce seu bebrycis in aula, Ceix ppriū nomē viri, Sandyx genus herbe, Spadix gen^o coloris, Hystrix aial quoddā, Natrix genus serpētis, Onyx Sardonix, lapides sunt p̄ciosi. Coxendix, i. coxa, Larix genus arboris Cetera patēt in Erario poetaꝝ.

¶ I añ d corripit. vt cupido Excipiunt acidia, infid^o, alubida, i. priapus, abid^o, desidero, desiderū, cecidi a cedo, trucido, fastidio, sophis, sopidis, crenis, crenidis, calidon quādo est propriū filie, britānice, meridiēs, acidalia, aphidas, godfridus, possides, phasides. Item nomina in do, vt formido. Similiter patronymica trium syllabarum in des. vt belides. Et patronymica in coronides a coroneus, promethides a prometheus, dryanthi^o

Syllabis.

dēs, a dryantheus. Producūtur etiam lycorides, adirmachides, lycurgides, aristides, larides, neocides, Pherecides, acarnides, crepis, crepidis a grecis producitur a latinis corripit. ¶ Sōphis nomē oppidi. Crenis nomē femine, Bacchides quādo ē patris nymicū p̄duci debet. Alias corripit potest. Acidia, id est tedium tristitia. Māuanus Sic hoim falso deludit acidia vultu

¶ Iante f corripitur, vt magnific⁹. Excipiuntur alife a's' aliphe, proprium oppidi. Inde aliphanus a um. Scenifactor etiam p̄ducitur ab aratore.

¶ Iante g corripitur, vt prodigus. Excipiunt, vestigal, eryginus, lestrygonēs. Et nomina terminata in ga vel go, vt salpiga, fuligo. Demp̄tis caligo verbū, & caliga & p̄posita a lego, vt diligo. ¶ Lestrygonēs populi sunt in fine italie, Salpiga gen⁹ serpentis. Eryginus proprium viri.

¶ Iant l corripitur, vt agilis. Excipiuntur lucilius, pamphylia, petilia, venilia, seruilus, acilius, asylum, asilus, aprilis, crocodilus, massylus, massylia, eryphyle, phasilis, a's phafelis. Item nomina neutri generis in ile, vt sedile, cubile, subtilis, exilis. Et a nominibus deriuata sicut quintilis, sextilis, palilis. Exceptis tamē humilis, parilis, dapfalis, pestilis, nubilis, aquatilis, & similib⁹.

¶ Crocodilus, genus animalis. Asylum domus refugij. Asilus volatile paruū. Massylia cum greco y in secunda, oppidum est libyes, sed massilia cum latino i corripit si, & est oppidum narbonēsis prouincie, Petilia nomē oppidi. Venilia proprium mulieris, Phasilis a's phafelis oppidum cilicie. Acilius, Seruilus Lucilius propria sunt virorum

¶ Iante m corripitur, vt animus. Excipiuntur opimus, sublimis, alimenus, animone. Et verbalia in imen a quarta coniuagatione formata, vt lenimen, pauimentum, rudimētum. Māuanus tamē experimētum corripuit, dicens. Post igitur tantorum operum experimēta laborum Amimone proprium mulieris. Alimen⁹ proprium viri

¶ Iant n corripit, vt dñs, Excipiunt, festino, supino, propino, erinys, camin⁹, ciminū, salinū, catinū, & ppria noia in inus, vt leuinus. Exceptis frustino, celinus, myrinus, hebrinus, morinus, vūnū, ariminū, licinus, fucinus, cymīn⁹, gellominus. S; pachynus, euxinus, ticinus. inueniunt mediā habere indifferentem Priscianus in perithegesi. Procurrēs pachyno lōge claustrisq; pebori. Idē in eodē libro. Post hoc circēi iuxta q's Euxin⁹ altis. Productio vero harū dictionū satis p̄t̄. Silius in sexto, Adde etiam

De medijs

ticini spumantes sanguine ripas. Philelfus, satyra octogesimo
na. Quosq; pater ticus nitidus plucidus vnda. Silius in pri
mo. Dat Romana tue ticine cadauera ripe. Claudianus. Fron
dentib⁹ vndiq; ripis Colla leuat. pulcer ticus & abdua visu
Cerulus. & velox athetis tardusq; meatu Mintius. Itē deriuati
ua in inus pducunt. vt clandestinus, mediafinus. Lucretius li
bro secūdo. Naturā clandestinā cecāq; adhibere Silius libro. vij
Ceu clandestino rraherei federe bellum Marcus manilius libro
primo. Et clandestinis surgētia fraudib⁹ arma. Horati⁹ in ep̄lis
Et mediafinus tacita p̄ce tura parabas. Exceptis tñ diutin⁹. pri
stinus. hornotinus. q̄tinus. p quia. crySTALLINUS. prasinus. amyg
dalinus. Glacīnus. myrrhinus. coccīnus. ianthinus. smaragdī
nus autē hz penultimā indifferentē. Prudētius in p̄sychomachia
has interspecies smaragdina gramine verno. Gualfredus in ar
te poetica. Luce smaragdina vel syderis instar ocelli. nisi dicat
fm opinione q̄rundā Prudētiiū secundā syllabā breuasse & vl
timā pduxisse rōne g & r in alia dictōe sequētii. crocin⁹. bom
bycinus. amethistinus. sandycinus. oleagīnus. byssinus. fagin⁹
adamātinus. Corripiunt etiā. oporinos. chimerinos. earinos. p
tinus. hiccine. illicine. ifticine. Hiacynthinus pducit ab alexā
dro neq;. & torrellio. Nec ligāt auctoritates Ouidij. Persij & Ca
tulli a Nestore adducte. Persius. Hic aliqua cui circa humeros
hiacynthinalena. Ouidius. x. metamor. Annua p̄lara redeunt
hiacynthina pompa. Catullus in ep̄thalamio Iulie & Manlij.
Talis in vario solet. Diuitis dñi hortulo Stare flos hiacyuthi
nus. Nā codex p̄sianus hz Hic aliq;. cui circa humeros & ianthi
nalena ē. Ouidius autē & Catullus hiacynthius. & nō hiacynthi
nus hnt. Si q̄ codices aliter habeāt nō vidi. Producent etiā laci
niū. Coracinus genus piscis. Corphiniū. Matrinia. Gabinia Ca
nufinatus a ū. Telechines. Mossyneci. Cebrinia. Scatinus. Osi
nius. Carphinia. Sifr I añ na. pducit. vt popina. Exciipiunt apis
rina. nūdine. sopherosyna. eupherosyna. patina. catina. asina. rus
spina. patina. sibina. fiscina. pagina. machina. femina. salina. p
serpina. farsina. mutina. farsina. fuscina. elemosyna. buccina. la
mina. trutina. Itē gti in inis a noibus termiatis in In. vt delphi
nis a delphin. Sz a noibus in en corripiunt. vt nois a nomē Res
sina cuius sit quātitatē iudicet lector. Martialis in. iij. Resina ves
neto nec resecare luto Idē in eodē Verno resinaq; pigritiores.
In versu priori primā & secundā pduxit. In altero corripuit Si
cut & Iuuenal in octaua satyra. Despicias merito nā quid resis
nata iuuetus. Nisi vellemus tollere p̄iunctōez nā a versu Desi

Deputata

Syllabis.

no corripit mediā, Sagino āt mediā pducit. tñ destino qñq; in uenit pducere mediā & sagino corripit. Iuuenas in q̄rta satyra. Ec dñi gladijs iā destinata s; olim. Prodigio par ē in nobilitate senect̄. Calphurni⁹. Vt q; turba bono plaudit faginata magistro. ¶ Apirina ḡna sunt pomor;. Sibina genus teli. Fiscina massa ex vimine texta. Gausapina gen⁹ vestis. Laciniū p̄mon tori⁹. Corphiniū oppidi nomē. Cetera in Erario patēt

¶ I añ p corripit. vt antipus. Excipiunt seriphus. coliphium aliphanū. enipeus, Euripus, obstipo, p̄stipo.

¶ I añ q pducit, vt antiquus, iniquus, obliquus, Excipiuntur siliqua, aliquis, aliquibus &c.

¶ I añ r corripit. vt satyra, Excipiunt rabiri⁹, papirian⁹, deia / nira, laira, petosyris, epir⁹, magyrus, collyriū, colira, comiros, capyr⁹, coreyra, cercyra, tenthya, busyris, cypir⁹, delirus, papy rus, sapphyr⁹ ¶ Epirus regio europe, Cosira insula in mari sicu lo, Camiros, oppidū rhodi. Cypir⁹ gen⁹ herbe, apud grecos pducit mediā, Macer tñ corripuit. Cū trito validū Cypiro si iungis acetum. Cyperus apud nos mediā pducta trāsseri p̄t, Vñ canticoꝝ primo. Botrus Cyperi dilectus meus & nō cypri legi debet. Corcyra insula dalmacię. Cercyra fuit olim penultim⁹ nomen Tenthya h; mediā indifferentē Iuuenas satyra perultima Qui vicina colūt umbrose tenthya palmę Oui. Sal⁹ tenthya petēti. Delyr⁹ cū y greco a lyra venit & corripit mediā Lucreti⁹ libro primo. Quod facit hic idē pdelyr⁹ eē videt. S; delir⁹ cū i latino mediā corripit. Hora, Auersus mercaturis delir⁹ & amēs

¶ I añ s corripit, vt elisi⁹ a ū. Excipiunt paradysus, anchises, gausis, larisa, crinifus, amphryfos, helifos, cephisus, aruifsum, donyfa. ¶ Larisa opidū eolię, Amethifus sine t in vltia fm Nesfora, Amphisa oppidū phocidis, Elisa propriū femine, Camibifis, Carifianus propria virorū

¶ I añ t corripit vt breuitas, polymita, lecythus, serui⁹, penitus, fundit⁹ & hmōi. Excipiunt, coryt⁹, idolothy⁹, cocytus, vaslitudo, pituita, hermaphrodit⁹, coryt⁹, aconytū, scriblita, ebofita, laferpitiū, orithyia, taurominitan⁹ a ū, lusitan⁹ a ū, ophites, Gaditan⁹, misfittius, mēphitic⁹, abderitan⁹, hasbite, corythe, potitius, niciteriū. Excipiunt & deriuatiua in ta, vt leuita, margarita pducunt & noia terminata in tes, vt thesifes, & in tis, vt sunamitis, Itē supina verboꝝ mutātia iui in tū, vt petiui petitū, Alia corripunt, vt bibi bibitū, Except; litū a lino, agnouī agnitū, cognoui cognitū, quitū a q̄o, citū a cieo, sitū a sino q̄ corripit penfima in ppositis, pducunt & noia hñtia itis in ḡto ab

De medijs

is. ut quiris quiritis. samnis samnitis. Deriuatiua etiã a noibus
sicut aurit⁹ marit⁹ pducunt. ¶ Scriblita gen⁹ cibi. Corythe pro
priũ eque. Pituita tetrasyllaba dictio ẽ hns primã & penultimã
lõgas. vel s̄m alios primã ad placitũ. Catull⁹. A te sudor abest
abest saliuua Mucusq; & mala pituita nasci. Et apud Persium fit
sinherelis. Somnia pituita q̄ purgatissima lustrãt. Serit⁹ Recus
titus producut. fortuitus ponit ad placitum

¶ I añ añ v pducit. vt saliuua. sperchi⁹. dari⁹. brauiũ. arri⁹ s̄m
vallẽsem. Ari⁹. Gradius Hormi⁹. Ntũs Gtũs & hmõi. In aliq
bus corripit. quia voca⁹ añ vocalẽ corripit. vt Lucreti⁹ Salusti⁹

O Añ b corripit. vt orob⁹. Excipiunt. october. duob⁹. am
bobus. iacobus. iobus. virrobon

¶ O añ c corripit. ut laodoc⁹ Excipiunt gti in ocis a noibus
terminat⁹ in ox. vt velocis. Dẽpeis cappadocis. & p̄cocis a cap⁹
padox & p̄cox. Triochala etiã o añ c pducit.

¶ O añ d corripit. vt exod⁹. Excipiunt erodi⁹. v̄l erodio. oro
des. herodes. epodos. emoda. nebrodes. palinodia. custodis.

¶ O añ g corripit. vt ecloga. nõ egloga dici d; Excipiunt cõ
posita ab agoge. vt synagoga. Bagog⁹ p̄priũ viri

¶ O añ l corripit. ut soboles Excipiunt idolũ. etholia. ethol⁹
pactol⁹. cimol⁹. phar macopola. timol⁹ als t mol⁹. solor. bibi
opola. geoloph⁹. mausol⁹. deolis. escatolicon. capitoliũ. Presto
lor s̄m Petrũ de Riga in vita b̄i Crispini Nõ prestolat habitũ
priuatio. p quã. Qui nũq; vidit desinit eẽ vidẽs mediolanum.

¶ Escatolicon finem libri dicimus.

¶ O añ m corripit. vt protomus Excipiunt ithome als itho
ne. Absolom⁹ & noia neutri gñis sicut amomũ. cinamomum.

¶ Ithome vel ithone. nomen oppidi

¶ O añ n pducit. vt caupona. Sicyonũ gen⁹ calciameti Exci
piuntur. aponos. myconos. coctona. geryones. icona. Et plures
gti in onis a noib⁹ in on. Amphion em & hmõi corripunt pe
nultimã Producut tñ sequetia noia in gtõ. Croton. Pleuron.
Amidon. caulon. colophon. ancon. babylon. sicyon. salon. hes
licon. cytheron. nasamon. cydon. peteon. triton. chromion. la
don. lacon. anclon. calydon. cotifon. hyon. cremion. pygmalis
on. deucalion. rubicon. simon. scyron. sucron. solon. telon. thes
on. thoon. theron. byon. edon & alia. ppe plurima Corripunt
etiã chryfogon⁹. hypona. meryones. telegones. chione. alcione.
antigone. tispoue. calligone. ilioneus. hermione. hestione. ilio
ne. hylo mone. nebrophone. persephone. pleione. reuthoni. s̄m

Syllabis.

donis. Canonis. Pepones. Athronius. Mandonfus. Mazono-
 mus. Dionysius. Ionium. Paretoniū. peletoniū. Ediponiodes.
 Apollonius. Leuconia. Ballonoti. Teuragonus Erichthonius.
 Eurymone. Chironomos ¶ Coctona sunt parue ficus, Pepo-
 nes fructus quidam frige factiui. Philelus. Spiritus ac crepitus
 peponū ficutq; recentis. Geriones habet mediam indifferentē.
 Virgilius septimo. Gerione extincto tiryntius attingit arua.
 Lucretius libro quinto. Quidve tripeçora ter gemini vis ge-
 rione vbi spondeus quintum locum detinet. Edon mons thra-
 cie & habet sm quosdam o indifferentes. Orion aut habet in-
 differentem penultimā genitiui. Lucanus libro primo. Ensis e-
 ri nimīū fulget latus orionis. Ouidius octauo metamorpho.
 Aut helicen iubeo nitidumq; orionis ensem. Item egeon ha-
 bet o indifferentes in genitiuo. Statius in Achilleide. Audierat
 duros laxantem egeona nexus. Ouidius in secūdo metamor-
 pho. Egeona suis imania terga lacertis. Mazonomus gen^o lācis

¶ O ante p corripitur. vt syncopa. Excipiuntur. Crotopus.
 Etopus Astopus Europa Pyropus Canopus Canopū Hysso-
 pum Cydopis a cyclops. Hydrops ab hydrops Theophilus.
 Epopes Dolopes habet mediam indifferentem Lucanus. Aut
 dolopes numideq; vagi. Silius. Telum ingens perq; arma viri
 perq; arma. dolopis Sinope media pducta nomē vrbis

¶ O ante r corripitur. vt Anaxagoras Excipiuntur Anthores.
 Diore Licoris Helorus Pelorus Cithorus Risamori Sertorius
 Achoreus Acoris Crotiorus Tricora Chysolora Et composita
 a doros. vt Theodorus Similiter derinatiua in orus. vt Cano-
 rus Sonorus Et genitiui in oris a nominibus in or vel in os. vt
 Honor honoris Exceptis Arboris Marmoris Equoris Rhetor-
 ris Memoris Et propria nomina greca. vt castoris. Hectoris

¶ O ante s producitur. vt tholoia. Excipiuntur ebosita. ele-
 mosyna. genofus. pandrosos Ambrosius a um Leucosia The-
 odosius habet o in antepenultima indifferentes Claudian^o em
 corripuit Mantuanus aut produxit.

¶ O ante t producitur. vt egrotus Excipiuntur Acrota Anti-
 dorum Herodorus Eudorus Hippotas. Theudotus. Sibotes.
 Enotri Ostrogothi Odotheus Deiotarus Ballonoti Onocrota-
 lus Euronotus Coprotinus. id est stercorearius

¶ O ante v corripitur. vt Pirrithous Antinous Excipiuntur
 Achelous Eous Et quedam adiectiua. vt Argous Gelous Myr-
 tous Arctous & similia

De medijs

Vante b

Uan b corripit. vt coluber. Excipiunt bethulia, anubis & fauber. Ouidius secundo libro de remedio. Vt faueas ceptis phebe saluber ades. Bethulia vrbs e. Cōnubiū h3 v añ b in differēter. Catullus. S3 p̄nubia leta, s3 optatos hymeneos. Virgilius. Connubio iungam stabili

Vante C

Uan c pducit subsequētib⁹ vs. a. vel vm. vt caduc⁹. lactuca caduceus. Als v corripitur. Exceptis pollucis a pollux. fiducia. māduco onis. p̄nuciū. Māduco verbū mediā pducit fm aratorē. Caduceus virga mercurij Ceruchi cornua antemnarū.

Vante D

Uan d pducit. vt testudo. Excipiunt pecudis. & tutudi a tundo. & h3 cū suis p̄positis mediā indifferentē. Horati⁹. Cōtudit articulos. q̄ p se tolleret atq̄. Ennius in annalib⁹ Virelq̄ vas lentes. Contudit crudelis hyems.

Vante G

Uan g pducitur. vt sanguisuga. quod fm Nestora producit. Excipitur pupugi.

Vante L

